dementię, & confirmat animum ſuum ad rectius viuendum. Tum illud ipſum maxime cauet, ne rurſus in eos/dem laqueos inducatur. Hęc Firmianus. Quamuis autem ſit tertię coniugationis tamen ſignificatio eius iam nõ tranſit in tertium ſed tantum in ſecundam, quia primitiuũ ſuum primę coniugationis eſt שָׂבַל id eſt intellexit, nullo addito, & ita ſtat, & non tranſit, quaſi dicatur, fuit intelligens, ſeu prudens erat, vt primo regum decimo octauo. Prudentius ſe gerebat Dauid quam omnes viri Saul, Secundę vero coniugationis, idem verbum incipit agere & facit ſignificationem ſuam tranſire in primum, vt שָׂכַל id eſt fecit reſipiſcere, ita enim a ſapientia traducit chaldaica translatio, Gen. xlviij. vbi ſcriptura noſtra ſic legitur. Commutãs manus, & hebraice verius ſic, manus eius fecit

gnaras

proprie transferri, vnde græci interpretes potissimum septuaginta traduxerunt σύνεσις. Latini autem intellectus sicut. S. Hiero. in expositione super Psalmos. Sed rectius idem in hebraica veritate eruditio, nam eruditio facit resipiscere ab errore, Et Rabi Dauid kimhi exposuit disciplinam, nec id quidem absurde, Nam disciplina facit intellige re & sapere. Vnde ego magis appropriate huic Psalmo, qui est psalmus pœnitentię transferrem resipiscentiam. Sicut Lactantius Firmianus diuinarum institutionum, libro. vi. ca. xxiiij. scribit. Quem enim facti sui pœnitet, errorem suum pristinum intelligit. Ideoq; græci melius & significantius μετάνοιαν dicunt, quod nos latine possumus dicere resipiscentiam. Resipiscit enim ac suam mentem quasi ab insania recipit, quem errati piget castigatq; seipsum

אוֹיְבַי inimici mei. Nomen. 48. & affixum precedente camez vt supra. רַגַע Subito. 484.

II Psalmus secundum Iudaicam supputationem. xxxij. hanc habet inscriptionem לְדָוִד מַשְׂכִּיל, id est ipsius Dauid Eruditiuum, lamed in superscriptionibus genitiuo seruit, vt vidisti. 575 alias datiuus articulus est.

מַשְׂכִּיל, Eruditiuum & potest esse verbum & participium & nomen verbale. Est autem de parte verbi הַשְׂכִּיל tertię coniugationis perfectorum iuxta formam הַפְעִיל denotantem facio facere, vt in rudimentis nostris. 594. Et proprie secundum grammaticam, significat aliquid non in prętcrito, sed in presenti intelligere factum, vel aliquid sapere factum, vt si liceret dicere intellectificum, vel resipiscentificum, quod in aliam linguam non potuit tam

pro

us incipit ab. l. vt לָקַח Canon. Verba defectiua in consonantibus sunt, quorum integra vel a iod vel ab. l. vel ab n incipiunt, vt in arte nostra. 599. Et ideo in hoc loco litera quf dagessatur ad denotandum talem defectum, deberet enim perfecte pronunciari יִלְקַח sed dicitur יִקַּח & iod monstrat tertiam personam futuri temporis.

יִבּוֹשׁוּ Verecundabũtur vel erubescent. Verbum defectiuum in medijs, Nam vau literam perdit præteritum, vt שָׁב בָּשׁ, Et eandem recuperat futurum, Iccirco hic non ponitur dages. Est autem futurum quod prosthesis iod indicat, vt supra. Et quamuis alia huiusce modi scribantur in prima per camez, vt אֲשׁוּב יָשׁוּב תָּשׁוּב. Tamen hoc nostrum verbũ habet zere pro camez, vt אֲבוֹשׁ יָבוֹשׁ תָּבוֹשׁ inde יֵבוֹשׁוּ

בְּכִי בְכִיִּי בְכִיּוֹ בְּכִיִּים Et in affixis fletus meus, fletus tuus, fletus eius.

תְּחִנָּתִי, Deprecationem meam. 182. affixum iod finale facit mutari he in thau, Prosthesis vero primi thau est hæmanthi, quod indicat nomen verbale a verbo חָנַן, Vnde quia vnum nũ absrobetur, Ideo scribitur præsens nun per dages in ventre, ad denotandum defectum alterius, vt in arte. 62.

תְּפִלָּתִי Orationẽ meam, De hoc loquimur, vt supra proxime deriuando illud a verbo פָּלַל. 425. Et dagessatur lamed ad denotandum absẽtiam alterius lamed, & vltimum thau ex commutatione ipsius he fœmini generis oritur, & cata prothesin adiungitur ei primum thau hæmanthi, vt designet nomen verbale.

יִקַּח Accipiet, sumet, & est verbum defectiuum, Nam perfectum eius

us

Sicut iod paragoge est nūmeri pluralis

אָוֶן, Iniquitatem. 42. vbi adde in dictionario nostro quod & dolorem uulgo interpretantur. Sed verius septuaginta πόνος, id est labor. Psal. xc. amplius labor & dolor, quasi parum differant πόνος καὶ πονηρός seu πονηρία.

שָׁמַע, Audiuit. 524. instar ירע de quo habes. 600. Coniugatur secundum primam coniugationem. 590.

קוֹל, Vocem. 464. Et est generis masculini. ij. Paralip. xx. Laudabant Dominum Deum Israel voce magna בְּקוֹל גָּדוֹל, Licet declinetur in plurali secundum fœmininam declinationem, Exodi. xx. Videbant voces & lampades.

בְּכִי, Fletus mei a verbo בָּכָה fleuit 82. venit בְּכִי, id est fletus. In orationis membro uel termino sicut לְחִי גְּדִי Alias autem לְחִי גְּדִי בְּכִי. Ita etiam hic

tum ipsius nun literę, quasi diceretur מְנַמְנִי & ultimum nun etiam dagessatur in supplementum iod literę quę deficit. Scribitur enim ea præpositio integre מִנִּי, id est a uel ab per iod finale, Isaiæ. xxx. auferte a me viam, declinate a me semitam, ubi bis ita ponitur.

Et sic deficit illud iod propter alterum iod affixum, quod significat primam personam singularis numeri scilicet me.

פֹּעֲלֵי agentes, ab ago facio uel operor. 432. participium pluralis numeri simile pręsenti iudicatiuo, quod per m terminari deberet nisi iam esset in statu regiminis, tunc enim abijcit m in fine & mutat vocem hirek in zere. 557. & plenius. 559. Et nota quoniam vau hoc loco est epenthesis temporis præsentis quod tamen apud veteres & idoneos non scribitur sed per holem punctatur,

Sicut

tarum, idem quod hozim. Secundo
poteſt intelligi nomen verbale pluralis
numeri ſine aliqua actione temporis,
& affixum ſuum iod in ſtatu regimi/
nis, & ſignificat tribulatores mei, iuxta
canonem rudimentorum. 581. ſuper vo
cabulo iſto רֹבְרַי. Tertio poteſt intelli/
gi verbum ſiue participium preſentis
temporis a צָרַר. 457. & ſic ſignificat tri
bulantes me, vt in hebraicis rudimen-
tis. 612. in verbo מַעֲלִים, hoc tibi dono
pro ſingulari quodam canone.

סוּרוּ Diſcedite. 351. Et eſt imperati
ui modi, coniugationem eius quære in
rudimentis de defectiuis in verbo בּוֹן
601.

מִמֶּנִּי a me 675. Scribitur penultima
per ſægol & componitur a מִן quod
ſignificat a vel ab, vt. 287. Ideirco poni
tur dages in ſecūdo mem in ſupplemen

telligi. Primo, vt sit vna dictio sim, plex pluralis uumeri, significans tribu latores, anxiatores & oppressores, in statu absoluto, iuxta regulam in libro rudimentorum nostrorum tertio tra, ditam. 613. quod ai terminatio sæpe tantum valet, quantum im, vt. ך. Para lipo. xxxiij. scripta sunt in sermonibus Hozai, quod non est nomen propri, um, sed appellatiuum, nam חֹזֶה signi, ficat videntem siue vatem, vt in. ך. Pa, ra. xix. gad videntis, & eiusdem. xij. addo videntis. Quod in plurali habet חֹזִים, id est videntes siue Prophetæ, vt eiusdem. xxxiij. Reliqua autem gesto rum Manasse & obsecratio eius ad deum suum, verba quoq; videntium qui loquebantur ad eum in nomine do mini dei israel. Et post pauca sequitur, scripta sunt in sermonibus חוֹזַי, hoc est hozai, id est videntium siue prophe

tarum,

מִכַּעַס Ex iracundia, præpositio mem. 616. & 557 nomen primitiuum 250.

עֵינִי Species mea nomen. 388. cum affixo iod ut supra. Declinationem eius heteroclitam quære in rudimentis nostris. 559.

עָשְׁקָה Inueterauit. 415. & he finale uel est paragoge, uel designat fœmininum uerbi genus, vt supra. Et est tertię personę non (ut uulgo legimus) primæ, refertur autem ad ipsam speciem & corporis faciem siue superficiem. Vel simpliciter he additur euphoniæ causa, quod sæpe etiam dictionibus masculini generis contingit, hoc memori tene mente.

צוֹרְרָי Tribulantibus me, Vbi apud veteres vau non scribitur, sed punctatur holem. Quod secundum artem grammaticam tripliciter potest in-

בִּרְמִיָּתִי, In deploratione mea, præpositio, nomen & affixum, de nominis primitiuo uide. 129. De beth præpositione uulgatum habes. 616. & similiter. 73. De iod affixo, primæ personę singularis numeri. 579. Quare de ijs posterius temperabo.

עֲרָשִׁי Grabbatum meum. Iod affixum, & reliquum nomen. 412. Et propter affixum mutat primum segol in patha & secundum in seua sicut alia eius modi, ut, מֶלֶךְ מַלְכִּי אֶרֶץ אַרְצִי עֶבֶר עַבְדִּי רֶכֶב רַכְבִּי עֶרֶשׂ עַרְשִׂי Sic אַמְסֶה Liquefaciam, Aleph prima futuri. Reliquum. 289.

עָשְׁשָׁה Verminauit, Sica vermibus dictum qui turbant res claras puras & nitidas. 412. Et de toto aspectu corporis dicitur. Paragogecę finalis literę he κατὰ ἀλλότρια generis subiungitur, propter suppositum speciei seu facici.

מַבַּע

Plinius capite. xxxiȝ. præter rutilum & candidum, Iccirco μεταφορικῶς, & transumptiue phasma, phantasma, melancholicam apparitionẽ ac uisionem & terriculamenta, laruas, laresq; & lamiam, succubonem, manes, dęmonem q; familiarem, significare conceditur. Quod aliqui nostra ętate agrestes hebraistę ac eius idiomatis illiterati temerariiq; thrasones nuper falsę Lullos dixere, simulq; in testimonium suę audacię propriam ignorantiam impressioni dederunt, Iuxta Moysen Aegyptiũ, בִּי מִי שָׁלֹא יָבִין לְשׁוֹן אָדָם לֹא יֵדַע בְּרֵעָהוּ.

מִטָּתִי, Lectum meum. Nomen cum affixo, quod efficit ut he finalis primitiui mutetur in thau. 313. Et ponitur punctus dages in ventre ipsius teth ut significet defectum nun literæ substantialis primitiui quod est נַטָּה ut in arte. 505. בְּרִמְשָׁתִי.

בְּבַל In tota siue omni duę partes prępositio cum nomine, quod siue per holem, seu per camez scribitur בְּל nel בל semper consueuit o sonare. 18. & est utriu'que numeri, & si ei addantur affixa, notatur per kibuz id est per tria puncta scalariter. & dageſſatur. ut בִּלִּי בִּלְּה בִּלֶּךָ בִּלְּכֶם בִּלָּנוּ uel בִּלֶּךָ בִּלּוֹ

לַיְלָה Nocte. & ge u'tima litera est paragoge. 266. a quo deriuatur לַיְלִית ultima litera raphata. Nomen æqui, uocum ad multas & uarias significatio nes. Nam quo ad aues nocturnis tene bris gaudentes ita nominari potest ny ctimene. nycticorax, noctua, Strix, ulula, Cocyx Bubo, Et quo ad gressi/ bilia humique repentia chamæleō aere solo uiuens, sicut Salamandra igne. Et quia se transmutat uertitq; in om/ nem colorem, ut in. viij. libro scripsit

Pli/

sti, non enim omnia cōnabor recitare iterumque monere.

אַשִּׁיעֵם, Faciam natare. Verbum graue futuri temporis, quod principi/um eius ostendit. Aleph enim una ex Ethan extat quæ futurum tempus no/tat, ut. 588. primitiuum quære in rudi mentis nostris. 514. Et ibi emenda pun ctum supra sin literam positum, cum enim per incuriam sit signatum in dex tera, debuit locari in siniſtra, ut legatur non sin spumans sed acutum siue sini/strum. In quo uerbo & impressores he bræorum sæpe negligentes errauerunt ut videre licet Isaiæ. xxv. Nam illic quoq; impresserunt huius verbi pun/ctum dexterum, quod fieri non debu/it, ut ex regulatis & antiquissimis li/bris accepimus, per hoc enim di/ffert ab alio uerbo quod curuare sig/nificat.

lariter econuerso lamed notatur per ea-
mez & caph per seua, fallit in paucis
hæc de orthographia.

יָגַעְתִּי Laboraui. 210. verbum est generis communis, quia sic & mas & fœmina dicere possunt, per primę coniugationis regulam primam quę in nostris rudimentis non recte impressa est Tu uero eandem regulam. 586. emenda sic. In omni coniugatione pręteriti temporis prima persona utriusq; numeri, & tertia pluralis sunt generis communis. Hanc castigationem notabis diligenter si me pręceptorem tuum cupias honore prosequi, fuit enim mendum quorundam uesperi hallucinatum.

בְּאַנְחָתִי in suspirio meo, nomen cũ præpositione & affixo, uide. 60. & propter affixa mutatur he in thau, quod ex me sępius pręcipiente audiui-

sti,

Domino Deo Israel, & confitere, atq; indica mihi. Quod hebraice sic legi potest. Fili mi repone obsecro honorem Domino Deo Israel & redde ei pœnitentiam, & enarra obsecro mihi quid feceris, Vbi hęc tria conuersionis post lapsum symbola continentur, scilicet refugium ad Deum pœnitentia interior & confessio exterior. Quare Psalmo. li. canitur. Imola Deo sacrificium laudis pro quo hebraice legi posset. Sacrifica Deo pœnitentiam, seu oblationem in signum pœnitentiæ.

לִי articulus datiuus cum affixo secundæ personæ singularis numeri, Et legitur pro una dictione, fitq; nomen communis generis, ut. 576. Canon. Quando לִי ponitur in principio uel medio orationis, tunc lamed notatur per seua & caph per camez, ubi autem terminat orationem ut hic, tunc regu-

lari,

est transitus, ut in arte. 601. Et coniugatur inter defectiua iuxta tertiam conIugationem ac si primitiuum eius inciperet a iod litera. 607. commutatione iod in he. 210. הוֹרָה הוֹרַיְתִּי הוֹרַיְתָּ הוֹרִיתָם הוֹרִינוּ הוֹרִיתֶם הוֹרוּ. Et in imperatiuo הוֹרֵה הוֹרִי הוֹרֶינָה הוֹרוּ. Et in futuro sic אוֹרֶה יוֹרֶה תּוֹרֶה נוֹרֶה יוֹרוּ תּוֹרוּ. Quod & aliquando sine defectu reperitur per he, ut Psalmo. xlv. propterea populi confitebuntur tibi, ubi ponitur יְהוֹדוּךָ & similiter in cæteris, posset igitur hic versus intelligi q̄ in inferno non sit confessio proprij criminis, ideo neq̄ pœnitentia, quam Græci μετάνοιαν id est resipiscentiam uocant, nec etiam laus Dei, teste Psal. cxiij. Non mortui laudabunt te Domine. Vnde & תּוֹדָה significat oblationem/ pœnitentiam, confessionem & laudem. Iosue. vij. Fili mi da gloriam Domi

utraq; ſyllaba. Sed per appenſionem affixi mutatur primum ſegol in hirek, ut enim in alijs ſimilibus dicitur, שָׁמֶם צִדְקָךְ שִׁבְטְךָ. Sic etiam hic זְכֹר זִכְרְךָ, id eſt, ſcapula tua, iuſticia tua, memoria tua. Et propter finalitatem ipſius Athna ſcilicet termini tranſit ſeua in ſegol, ſicut in arte noſtra. 507.

בְּשְׁאוֹל prępoſitio beth ſignificat in ut ſupra. Et nomen denotat gehennam ut in rudimentis. 507.

יוֹדֶה, Confitebitur. 136. eſt autem quædam confeſſio alienæ laudis, & eſt alia confeſſio criminis proprij, quare utrunq; ſignificat hoc verbum primū, Pſal. lxxi. nam & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi, ſecundum, Numeri. v. confitebuntur peccatū ſuum, et eſt verbū graue q̄d aſſumit protheſin he literę in principio, & mutat iod in vau, quippe inter quas literas ſymbolicas facilis

men antiquissimi & emendatissimi co-
N dices quos vocant grammaticatos,
hoc est, artificioso iudicio castigatos
subsciptum tenent solum hirick, idq;
doctioribus grammaticis magis pla-
cet. Sed si finiat distinctionem siue sub
distinctionem orationis tunc aleph no
tatur per patha & iod per hirek, ut Ge-
nesis. ij. וְאָדָם אַיִן id est, & homo non.
X Verbum enim substantiuum scilicet
erat hebraice non proponitur. Sin au-
tem membrum aut terminum finiat,
tunc aleph notatur per camez & iod
per hirek, Licet & in eo statu patha
quandoq; reperiatur maxime præce-
dente vau cum camez.

בְּמוֹת, Nomen mors. 280. cum pre
positione in.

זִכְרֶךָ Memoria tua siue tui, Caph est
affixum secundę personę. Nomen
autem alioqui scribitur per segol in

utra-

de pronunciatione eius recordare cano nem superius de futuro actiui secundę personæ in utroqꝫ genere positum, hoc etiam in loco utilem. Nam solemus se cundam personam futuri sępius etiam pro imperatiuo capere, ut est apud la tinos. Alternis dicetis, id est dicite.

לְמַעַן propter. 291. Et quamuis sit pars consignificatiua tamen recipit post se affixa. חַסְדֶּךָ, Nomen cum affixo significat beneficium tuum. 185.

אַיִן non. 50. Cuius significatio si coniungatur alteri post se, notatur per zere, ut hic, & Michææ. vn. Non bo trus ad comedendum, Quandoqꝫ au tem ipsum aleph notatur per hirek, ut primo regum. xxi. Si habes hic ad ma num hastam aut gladium. Vbi hebrai ce sic legitur. An non est hic ad ma num tuam hasta uel gladius, Et licet aliqui libri habeant ibi notam zere, ta

שׁוּב ipse est imperatiuus a uerbo שׁוּב 501. ut.i. Rz. iii. Reuertere, dormi. Et addito he in polysyllabis transfert camez in primam, ut Nehemię.v. זְכְרָה & Psalmo. lxxxvi. שִׁמְרָה de quo uide in arte nostra. 591.

חַלְּצָה, Eripe, imperatiuus cum simili paragoge, ut supra, uide. 175.

חוֹשִׁיעֵנִי, Saluifica me, imperatiuus tertię coniugationis, terminatio ni appen'ilis, ut supra de affixis dictum est, cęterum eius primitiuum est יָשַׁע. 230. cuius passiuum נוֹשַׁע ubi vau est litera substantialis quia ponitur loco iod primitui. 603. Deuteron. xxxiij. populę qui saluaris in Domino. Et coniugatur secundum formam defectiuorum, ut in arte. 600. Inde uerbum graue tertię coniugationis imperatiui modi, הוֹשִׁיעַ הוֹשִׁיעָה, id est, fac uel facite saluari, quod nos dicimus saluifica, vbi

de pro

נִבְהֲלוּ exterrita sunt. Nun litera passiuę significationis, & vau terminatio pluralis numeri tertiæ personæ utriusque generis, reliquum est primitiuum. 57.

עַצְמִי, Ossa mei, uel mea, Iod finale præcedente patha uel camez non solum pronomen subiunctiuum affixum, id est mei, uerum etiam pluralem numerum dictionis præcedentis significat. 581. Est autem primitiuum os ossis, ut in dictionario nostro. 402.

וְנַפְשִׁי, Et anima mea, vau coniunctio. 145. iod finale affixum. 579. reliquum primitiuum. 331.

עַד מָתַי, duę dictiones, id est usq; quo, prima. 373. secunda. 299. שׁוּבָה conuerte, finalis litera he est paragoge imperatiui quę sępe contingit. Nam

Ea in orationis termino semper scribi/
tur prima per camez ut hic. In alijs ue-
ro locis quandoq; per patha. Cumq;
patitur accentum, habet eum in prima
nisi ei pręponatur vau encliticum, ut
Psal. ij. Ego aũt constitutus sum rex.

רְפָאֵנִי primę literę tres sunt, uer/
bum imperatiui modi. 496. quod ali/
quando coniugationem eorum obser/
uat quæ in he terminantur, quandoq;
uero eorum quę in aleph. Ni appen-
dix ipsius affixi est, propter quod pe/
nultima recipit zere secundum for/
mam פְּעַלֵנִי. Canon. In uerbis primiti
uis desinentibus in literam uocalem im
peratiuus masculini generis cũ appen/
dice seu affixo ni nu uel hu, notat pri/
mam per seua, secundam per camez &
tertiam singulariter per zere, pluraliter
per surek. Exemplum רְפָאֵנִי שְׁמַעֵנִי
מְשָׁחֵהוּ קָרָאתָהּ.

נַהֲלֵהוּ

dentalis est litera & non substantialis, per epenthesim addita more superiorum uerborum. Et unum nun substantiale deficit, propterea ad supplendum eum defectum ponitur punctus dages in altera nun, ut uidisti in arte nostra. 602. Et quamuis imperatiuus puncte/tur per seua in prima, tamen in hac constructione huius affixi ponitur camez loco eius, ut cum dico שָׁמַר id est cu/stodi, post addendo appendicem ni, iam faciet שָׁמַרֵנִי ita in hoc loco gratificare חָנַן iuxta regulam פָּעַל addendo ni fiet חָנֵּנִי accentu in penultima id est, gratificare mihi, hęc tibi signabis pro cãnone memoria digno.

כִּי אֲמַלֵּל אֲנִי, Tres dictiones כִּי quoniam. 618. & 240. אמל uerbum defecit seu infirmabatur. 58. duplicat autem hæc dictio ultimam literam sig/nificatq; imbecillem. אני. Ego. 576.

Exemplum singulariter psalmo. xviii. תְּצִילֵנִי ׀ תְּרֹמְמֵנִי ׀ תּוֹרֵנִי ׀ Et pluraliter psalmo. lxxx תְּחַיֵּנוּ תְּשִׁיבֵנוּ Et in fœminino תְּפַקְּדִינִי תְּפַקְּדִינוּ hæc notabis. בְּחֻמָּתֵךְ In exęstuatione tua, prępositio beth & paragoge affixi caph superius abunde ostensa est, reliquum uide. 177. cuius aspiratio finalis he mutatur in thau raphatum propter affixum, iuxta canonem in rudimentis meis. 582. תִּיסְּרֵנִי thau secunda persona futuri. iod finale affixum primę personę singularis numeri cum epenthesi nun literæ, ut supra uisum est, primitiuum יסר id est castigauit. 217 חָנֵּנִי Verbum imperatiui modi, ultima litera iod est affixum & primitiuum significat gratificauit. 182. Et quamuis hoc primitiuum habeat duplex nun de sui substantia, tamen in isto loco ultimum nun accidentalis

graue. & epectasis iod tertiam coniu/
gationem. & litera nun interposita
est euphonię siue hiatus prohibendi
causa Videbis de constructione uer/
borum. 610. Et affixum iod pronomẽ
primæ personæ primitiuum singula/
ris numeri. Reliquum est uerbum
primitiuum יָבַח id est arguit corri/
puit. 214. Quod, in tertia coniugatio/
ne defectiuorum habet תּוֹרִיחַ sicut
תּוֹרִיעַ. 601. cuius אֶיתֵן id est futurum
facit אוֹרִיחַ יוֹרִיחַ תּוֹרִיחַ נוֹרִיחַ & addito affixo cum appendice scilicet
ni. fit תּוֹרִיחֵנִי per uocem zere in pe
nultima. Canon. futurum actiui se/
cundæ personę singularis numeri pro
nunciat affixum suum utriusqꝫ gene/
ris & numeri primę personę leniter ac
molliter in masculino per zere & in
fœminino per hirek utrobiqꝫ in pœ/
nultima, ubi etiam reperitur accentus

vau instar aliorum nominum uerba
lium in o desinentiū ut מִשְׁקוֹל מִבְחוֹר
מִגְרוֹל primitiuum uerbum inuenies
in rudimentis 153. לְדָוִד Ipsius Da
uid. Nam in superscriptionibus &
titulis lamed articulus præpositus sig/
nificat genitiuum cum alias regulariter
sit datiui casus ut in arte nostra 575.
יְהוָה Tetragrammaton hoc est quatri
literum nomen ineffabile, quod Ado
nai legitur & interpretatur dominus
ut in capnione nostro scripsimus.
אַל בְּאַפְּךָ Ne in ira tua. Quatuor di
ctiones Aleph & Lamed. 618. beth
prępositio. 173. similiter. 616. aph
ira. quamuis alias multa designet. ut
in nostro dictionario. 63. Caph fina/
lis litera significat tua & est affixū 579
תּוֹכִיחֵנִי Argues siue corripies me,
thau litera prępositа significat secundā
personam, & vau epenthesis uerbum
graue

plurale fœminiuum, & ſortitur iod ex forma tertiæ coniugationis ſicut alia ut שְׁגִינָת אֲבִילָה quęre primitiuum ſuum 307. Conuenit autem pœnitenti/ am agenti hunc pſalmum in melodiis & muſicalibus pronunciare iuxta ſententiam Sancti Athanaſii qui de hoc ad Marcellinum ſic ſcribit. καλῶς ψάλλων, ῥυθμίζῃ, τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ καὶ ὥσπερ ἐξ ἀρισότητος εἰσ ἰσότητα ἄγει, & plura illic de talium pſalmorum muſicis harmoniis legere poteris pulchra & prędara. עַל הַשְּׁמִינִית ſuper ogdochordo. Tres dictiones, prępoſitio עַל ſignificat ſuper 616 & he eſt articulus fortificans ſequentem literam ſchin per punctum dagges. ut in rudimentis noſtris 574. reliquum id eſt octaua 567. Vnde inſtrumentum hoc muſicum denominatur. מִזְמוֹר Carmen. Mem heemanthi nota nominis uerbalis ut ſupra. & epentheſis

vau

situm nostrum. Vox ipsa proceleus/
matica exhortantium & excitantium
ad aliqua exercitia quæ facit facere
opus & officium institutum dicitur
מִנְצַח quod ego secundum linguę idi/
oma interpretor inuitatorium, & recte
ut opinor, quoniam teste. S. Hiero/
nymo in psalterii commentariis hic est
psalmus pœnitentiæ, & ad Paulam ac
Eustochium idem hunc sextum ait de
uigiliis esse in sabbato. Experrectis igi
tur nobis a somno & tamen adhuc
quodam pigro stupore torpentibus
maxime opus est hoc ad celerem peni
tentiam inuitatorio, ut eo ad resipiscen
tiam excitemur. Habet autem hæc
dictio formam eorum quę in primiti/
uo suo terminantur per Ain. uel Heth
literam, ut שׁוֹמֵעַ יוֹרֵעַ זוֹמֵחַ בּוֹטֵחַ.
בִּנְגִינוֹת In musicalibus seu harmoniis
ב prępositio in. ut .616. reliquum est
plurale

tulo לְנַצֵּחַ עַל מִלְאֹבֶת id est ad inuſtan/
dum, hortandum, urgendum ſuper
opere. Cui nunc preponitur mem &
fit nomen uerbale tum maxime cum
uult actionem ſecundi traducere in ter
tium. quod poſtea his uerbis eloquar
ſcilicet. Facio facere. ut exempli gratia
quoniam פָּתַח ſignificat aperuit. Si ali/
quam rem enuntiare uolo quę faciat
aperire. dico מַפְתֵּחַ id eſt clauis quę
facit aperire. Iſaię xxij. Et dabo cla/
uē domus dauid. Sic רָוַח id eſt cau po
nauit. 488. uolo rē proferre quę faciet
cauponare, quippe domū ipſā caupo
ponariam. quā qui conducit fit caupo
Cum igitur ea domus facit cauponare,
recte nominatur מַרְוֵחַ id eſt caupona
Similiter זָבַח id eſt immolauit. 146. ab
illo res quę præſtat occaſionem immo
landi facitq; ſacrificare dicitur מִזְבֵּחַ
id eſt altare. Eodem modo ad propo
ſitum

IOANNIS REVCHLIN phorcensis in septē psalmos pœnitentiales hebraicos Gramatica explanatio.

Titulus psalmi sexti.

לַמְנַצֵּחַ Ad inuitatoriū, Duę sunt partes. ל articulus ut in rudimētis nostris fatie. ٧٧٥ Et sic semper quęlibet facies uniuscuiusq; paginæ rudimentorū consimili numero notabitur. מ. significat denominatiuum Sic enim sex illas literas post hac appellabo. quæ nominis in dicant derivationem siue ab altero nomine seu a uerbo descendentem. breuitatis causa, quæ continentur in hoc uocabulo memoriali הָאֲמִיתָנוֹ facit. ٥٧١. Nam a נָצַח uerbo primitiuo de quo. 332. scriptum est uenit gerundium נָצֹחַ Ezre. iii. capitulo

συνέχεσθαι ἡμῖν, id est, Nemo attentet dictiones transmutare uel omnino uariare sed ita uere ac sedulo scripta dicat & psallat, quemadmodum dicta sunt, ut sancti qui administrauerunt ea, cognoscentes quæ sua sunt, orent & petant nobiscum. Hec Athanasius, cui astipulatur doctissimus Origenes in libro quinto contra Celsum affirmando in aliam linguam nomina ipsa traducta quæ suapte natura & in propria lingua plurimum ualeant nil ultra effiere, quæ suo sono antea effecissent. Suscipe igitur peritissime iuris & sacrarum literarum doctor excellentissime, Vniuersitatisq; sueuorum Gymnasiarcha hilari animo munusculum hoc quod inter iocalia tibi præ Crœsi opibus offero exoptandum, qui nihil eorum contemnis quin potius ampliſsimi facis quæcunq; optimarum literarum artibus constant. Hæc est illa uirtus tua, uir grauissime atq; simul humanissime super omnes egregia, præter immo contra morem & consuetudinem multorum theologorum, qui iurati in unius uerba magistri, nihil habent gratum, nihil acceptum quod non eorum iste magister sonat, Tu uero exornasti generale studium nostrum multiplicibus uarijsq; doctrinis, quibus ut gemma in omni Germania coruscat, pro qua re omnes docti meritas tibi non modo habebunt, uerum etiam referent gratias, omni posteritati non intermorituras. Stutgardiæ Kalendis Sextilibus Anno. MD. XII.

IOAN

ἢδε τῶν ψαλμῶν ἱερολογία, σωουσίωμένη πᾶσι σχεδὸν τοῖς ἱεραρχικοῖς μυσηρίοις, οὐκ ἠμελημένη ἀπηρτῆσθαι τοῦ πάντων ἱεραρχικωτάτου. Idq; tibi donum eo sit gratius quo purius est & fontanæ claritati propinquius. Non enim tanq; uinum est in tertium uas transfusum quod facile coaescit, sed de prelo mustum, de racemis pressum, de ueritate inquam hebraica effigiatum in illa ipsa lingua omnium linguarum matrice ut scribit Hiero. quam sanctam uocant, quam Origenes diuinitus esse traditam asserit, quæ sola est ante confusionem linguarum orta, quæ nihil impuritatis continet ut Moyses Aegyptius dilucide tractauit. Vnde incredibili amore amplexandi sunt hi psalmi hebraici, quibus expiati Deum attrahimus in eo iudæorum sermone qui primorum parentum, qui Patriarcharum, qui Prophetarum, qui sanctorum et e regione optimi maximi Dei creatoris uniuersorum ultro citroq; nuncius intercessit quasi proxeneta aliquis & interpres. Quare putant orationes illas ualidius robur habere, urgentioresq; esse ad impetrandum, cum sic pronunciantur, ut sunt a sanctis hominibus diuino spiritu afflatis compositæ, ac non aliter. Ita enim sanctus Athanasius ad Marcellinum de illis scribit. Μὴ τῆς ψαλτῳδίας τὰς λέξεις μεταποιῶμεν ἢ ὅλως ἐναλλάττωμεν, ἀλλ' οὕτως ἀτεχνῶς τὰ γεγραμμένα λεγέτω ὁ ψαλλέτω ὥσπερ εἴρηται. τοῦ, τοὺς δὲ ἀκούσαντας ἁγίους αὐτὰ, ἐπὶ γινώσκοντας τὰ αὐτῶν

συνεῖ-

mea in rudimentis hebraicis multo ante impressis habeat materiam ærea quam uersetur, æu architectus ærea ædificia. posthabitis aduersariis, exposui iam omnibus in hebraica scriptura erudiendis septem Psalmos pœnitentiales totis uiribus ediscendos. quod tanto fiet facilius, quanto magis solemus eos in quotidianis precibus habere Que res mihi & pluribus mecum iisq; literatissimis hominibus uisa est omnium maxime utilis ad capessendam & legendi & pronunciandi & intelligendi facultatem. Erit autem sic. Primo ponuntur psalmorum uerba hebraica. Deinde interpretatio mea iuxta uerbum e uerbo, postremum grammaticalis explanatio sermone usitato & quotidiano tritoque, ut scholastici facilius quæ uelim intelligant, semper ad libros rudimentorum meorum ablegata. Hoc itaq; opusculum corpore paruum, uiribus magnum Iacobe Lempe sacrarum literarū pontificiiq; iuris doctor eximie, uni tibi ex omnibus theologis tuoq; nomini dedicandum esse optimo iure statui, eoq; de me solus tu longe plus cæteris quin potius omnium plurimum meritus es, cui omnia a me summa debeātur. Nihil aūt excellentius quo te exornem & quod magis te deceat, nihil sublimius, nihil maius, nihil diuinius æstimare possum Dauidicis psalmis, nihil denique tam summū qui nos docent cum deo loqui, & sine quibus ad nos ferme nunq; descendunt sacratissima diuinorum mysteria, quod testatur Areopagita Dionysius in libro de ecclesiastica hierarchia cū ait.

sudore & algu prece premio & precio per longa tempora corraseram, haud sine incredibili diligentia & ære non paruo publicitus imprimi. Qui liber rudimentorum meorum cum fere integrum hebraice intelligendi artificium contineat, non potest derepente tanto usui esse, nisi & adhibeantur aliqua uolumina Bibliæ qua quidem ipsa tota lingua constat. Sperabamus autem indubitata fide multas ad nos ex Italia Biblias hebraicas Soncini Pisauri ue aut aliis in locis impressas cum cæteris iudæorum libris quotidie uenturas, quæ cum obsistente grandi bello quod Augustus Imperator Maximilianus iam diu in italia fœliciter gerit, emporio nostro non afferuntur, tentanda nihil ominus uia est, ne nos ipse nobis deesse uideamur, In quo fateor tarditatem meam discendi cupidis onerosam. Dudum enim aliquid præterea hebraicæ doctrinæ studiosis quo se iuuarent edidissem certe, si non in dies audiuissem breui futurum esse quippiam admiratione & omnium lectione dignum, quod nescio qui Peperiphrones cum suo Peperi corno Iudæo illo baptizato calumniatore meo, ex profundissimis scientiarum suarum thesauris proferre, tornare, & ad incudem reddere polliærentur, quo nobis montes parturire suspicandum fuit. Ego uero iam quintum annum supra cum Isaia expectaui, ut facerent uuas & fecerunt labruscas. & labrusas acerbiores scilicet libros diffamatorios. atq; aliud nihil quod uir bonus laudare quidem posset, si q̄ maxime uellet. Vt igitur institutio

mea

cia, sæpe multumq; & coram & per epistolas nunciosq; a me petentibus ut eis molestè admodum & ut aiunt inmole rabiliter ignorantibus, alijs quidem græca diuulgarem, alijs autem hebraica. Quare pio amore ductus cum antea doauissem multos in græcis literis & per grammaticam artem aut titulum inscripsi Micropædia, dolauissem quicquid potui, Nouissime ad decorem & splendorem sacratissimæ theologiæ & theologicorum uirorum utilitatem, ipse ego totam linguam hebraicam primus omnium literis, in dictionibus, & regulis collectiue, legibus mancipaui latinis. Cuius exercitij discipulos non nullos nulla tamen mercede sed gratuito feci participes, partim gratos, qui præceptori suo debitum honorem perq; reuerenter exhibent, partim uero ut acerbe audio supreme ingratos, quibus Deum iudicem propono, & nisi resipuerint, uindicem opto. Sed tale aliquid profecto nouum mihi uideri non debet, quasi cæteris antea inauditum. Nam unius auditorij Socratem falso accusauit Lycon, defendit uero Xenophon. Vnius academiæ Speusippus Platonis sectator mansit. Aristoteles abiit defector. Et quod nobis clarius fulget in oculos, unius scholæ Iudas tradidit Saluatorem, Ioannes ad finem uitæ dilectus dilectum amauit. Ita si liceat minutissima comparare summis atq; maximis, studium ego meum in bonos quoq; malignosq; distribui. Vtq; omnibus promptum esset omnium meorum abundare copia & facilitate, feci rudimēta hebraicæ linguæ, quæ multo

fugerat ab Antipatro interficitur. Themistocles similiter profugus seipsum interimit. Sed nobis quid iam de Græcis? Latinos recordabor. Quid Cicero consultus iuris. Non Antonij gladios effugere poterat. Sulpitius a Sylla occiditur, a quo & Marius prætor miserè obtruncatur. Nec unq̃ sanguine causidici maduerunt rostra pusilli. Scipio domesticorum manibus suffocatur, Regulum hostes necant. Pompeius ad Nilum transfoditur. Iulius Cæsar in senatu iugulatur. Cato ipse sibi homicida fit, & Nero caput orbis, & quorum me nunc piget. Quin cum satyra libet exclamare. O curas hominum, o quantum est in rebus inane. Qui propter ut mihi pacem optatam quærerem, quæ absque Christo uel tunc patribus uenturo, uel nunc qui nobis pridem nouissima scilicet hora uenerit, contingere potest nemini, talia meditatus ego interdum ad sacram scripturam diuerti, quæ tota Christi est. Siue ea sit in uetere instrumento Hebraicis literis, seu in nouo græcis conscripta & illius ergo Romanum loquendi morem prius adeptus, denuo utranq; linguam didici & græcam & hebraicam, ut sanctissima oracula & eorum Hierophantas interius capere possem, in hoc enim conquiescit uere purgatus hominis animus, οὐ μόνον μαθῶν ἀλλὰ καὶ παθῶν τὰ θεῖα, ut ait Dionysius de diuinis nominibus, id est non solum discendo uerum etiam patiendo diuina. Durum autem post eas disciplinas & agreste nimis iudicabam, amicis negare humanitatis officia, sæ

genus, quas idem aliquando uocat γλωσσομαχίας & quandoq; μικρολόγου σοφίαν id est linguæ bellum & minutæ rationis sapientiam, Tum me transtuli ad seueriora studia, cui iam displiære incipiebat fucus uerborum & aranearum tela, muscis pedica, uespis peruia. Dici non potest facile, grauitatem uerborum & sententiarum apud uirisconsultos lectam, quanta cum animi alacritate tunc amplexatus sim, iunctis etiam Pontificijs canonibus. Talia enim studia tam splendida & tam utilia putabam optime ad uirilem togam deposita prætexta pertinere. Qua me re conieci in seruilem conditionem, & repulsa uiuendi libertate immissai me infinitis hominum & iurgiorum quæstionibus, atq; demum reipublicæ curis & sollicitudinibus, quæ non tantum lassato somnos adimunt, sed etiam uigilanti & recte agenti robur mentis debilitant & corporis neruos, ubi nulla quies, nulla tranquillitas. Vnde mihi crebro uenit in mentem ut sentirem priscos illos et maiores nostros Minoi iurisperitissimo, quippe qui esset nouem annos ab ipso Ioue eruditus, & illi Rhadamantho, etiam Platone teste uiris optimis atque synceris, iustitiæ iuriq; deditis, haud ficte sed uere apud inferos locum dedisse. Quando nanq; tranquillitas menti, & pax corpori deest, quid aliud est? si non inferorum & tartari pœna est. Taceo sæpe infortunatos eiusmodi quoq; hominum exitus. Demosthenes post clara reipub. negocia, extractus Neptuni Asylo quo confugerat,

cogitabam, hoc noctes somniabam, certissima mihi salus reposita esse uidebatur in logicis tendiculis & syllogismorum mixtionibus. Post autem quam excæsissem ex ephebis, uideremq; aperte mihi nullum inde operæ precium fore, simulq; quod uitio nobis uerterent sapientes homines sermone multis annis iam desito quasi cum matre Euandri loquendum esset antiquari, sed potius pro Fauorini Philosophi monitis statuissent, uiuendum esse moribus præteritis, & loquendum uerbis præsentibus, cœpi quotidianis consuescere, non ualde ornatis quidem, sed tamen non abiectis. Hoc etiam autem non parum cogitaui mecum ipse, haud ab re neq; uane Romanos omnium gentium dominos & summa prudentia famigeratos ad illud instituti mores uenisse, ut iam tertio Rhetores & Philosophistas publico edicto expellerent. Nam bis Romæ cuiu[illegible] consulibus primum, deinde Censoribus, postremum atq[illegible] omitiano imperante, non solum urbe, uerum etiam[illegible] Italia senatusconsulto electi sunt. Cum igitur hæc tota a bonis non bonæ lata sententia iudicarentur, & artes [illegible] paganis solum infidelibus, sed etiam militibus C[illegible] non a[illegible]is, qui Rhetoricam non oblique nominauerunt [illegible]hristia[illegible] ψευδεσθαι τέχνην, id est mentiendi artem τὴν πεῖρ[illegible]us ille magnus, & dialecticam loquacitatem cinyphes & [illegible]anas ægyptiacas ut Hieronymus, & ὡς οὐδὲν χρήσιμον φεύσας λογομαχίας, id est, ad nihilū utile ferentes, rationum pugnas, ut Gregorius Nazian-


zenus

IOANNES REVCHLINI PHOR
CENSIS IACOBO LEMPO
THEOLOGIAE ATQVE
IVRIS DOCTORI
EGREGIO
S.D.P.



EMINI SAEPE RECOLENS olim me puero Lempe doctorum doctissime nulla re alia oblectari magis atq; frequentius q̃ sermonũ exquisitis floribus & inconsuetis uocabulis, cũ uetera toria dicendi ratione, propterea q̃ putabam recte loqui esse inusitate loqui. Quam mihi uoluptatem protinus adimebat tum paulo plus roborata ætas, in qua cum dialectici labyrinthi, & argutiarum [illegible]chnæ uerborumq; inuolucra maxime omnium placuissent, [illegible] abiecta elegantiarum suauitate uehementer studerent, media dissertationum inuenire, ac nunc ueris nunc [illegible]ui mendicis argumentationibus quocunq; tandem loquendi [illegible]ophisti uel solœco uel barbaro contradicentes superare [illegible] more[illegible]us tunc quærebatur eloquentiæ decor, nihil delectabat nisi sola uictoria. Hinc palestræ scholam, & Panci[illegible]- Nunc posq; & certaminum theatra, & stadia cursuum, & lacertorum uires omneis, & quicquid uincere ualet, ad unum hoc disputandi artificium conferebam. Hoc dies

 cogitabam


IOAN-
NIS REVCHLINI PHOR-
œnsis. ll. doctoris in septem psal-
mos pœnitentiales hebraicos inter-
pretatio de uerbo ad uerbum, &
super eisdem commentariuli
sut, ad discendum linguam
hebraicam ex rudi-
mentis.
I.K

p. 10.
n. 248.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg